



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

3. Partes Missæ.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

dimitit populum dicendo : *Ite, Missa est*, vel *judicium est peractum*, & vos si dignè adstiteritis, absoluti. Et hinc subjungit : *Benedicat vos Eccl.* Primam Missam celebrâsse putatur S. Petrus in die Pentecostes ; quia eo die Hebræi juxta Cap. 16. Deuteron. offerebant oblationem spontaneam *Missa habebat*, quæ erat tritici. Eandem ergo Petrus obtulit in pane azymo in cœnaculo Sion. V. Gav. Tit. i. de Rubr. Gen.

3. *Partes Missæ.*

**S**i theologicè velimus loqui juxta communio-  
rem *actio sacrificativa*, sive *essentia Sacrificii*  
*Missæ* est sola consecratio, quia hæc sola est actio  
Christi, quam etiam ideo profert Sacerdos in  
persona Christi dicentis : *Hoc est Corpus meum,*  
*&c.* & in illa sola salvatur : quidquid ad sacri-  
ficationem requiritur. Et ideo etiam die Ve-  
neris Sancto propriè non offertur Sacrificium.  
Rationem dat S. Thom. quia cùm eo die Christus  
ipse realiter & visibiliter obtulerit Crucis  
Sacrificium ; non congruebat eo die fieri ejus  
imaginem per Ministros. Maximè cùm tem-  
pus ipsum ejus recordationem satis ingereret.  
Aliam congruentiam addit Suar. ne Christus in-  
ducatur vivens & loquens illo die, quo pri-  
mù mortuus recolitur. Quando autem cele-  
brans die Veneris Sancto dicit : *Sic fiat Sacrifi-  
cium nostrum in conspectu tuo hodie.* TO *Sacrifi-  
cium sumitur pro re significata*, quæ est Christus  
tunc sumendus. Pars substantialis Missæ est  
sumptio. *Partes principales sunt Canon*, qui in-  
E  
cipit

cipit statim post *Sanctus* usque ad *Pater noster*. Item utraque oblatio & Evangelium. Partes ordinariae sunt, quæ communiter sunt in omni Missa. Non ordinariae sunt *Gloria*, *Credo*, plures *Epistola*, plures *Collectæ*. Hæc enim non sunt in omni Missa. V. la Croix l. 6. p. 2. à n. 12.

4. *Quomodo Missa in presentem modum coalita*,  
 PARTES MISSÆ ORDINANTE S. PETRO & APOSTOLIS  
 ab initio duæ tantum fuerunt scilicet conser-  
 cratio cum verbis propriis, sumptio sacrifican-  
 tis, & oratio Dominica. Crescente cultu reli-  
 gionis Christianæ adjecta sunt alia, quæ vila-  
 sunt decentius convenire. Ab initio vero in-  
 gruentibus undique persecutionibus non erat  
 tutum moram longam trahere in Sacrificio. V.  
 in Gav. p. 2. tit. XV. quomodo Missa paulatim  
 coaluerit ex additione Apostolorum, eorumque  
 Successorum. Græcorum Missa semper longior  
 fuit, & adhuc est quam latina, quæ tempore  
 S. August. adhuc longior erat quam hodie, &  
 ab querimoniam populorum brevior facta est,  
 ut colligitur ex eodem Aug. Romana Missa bre-  
 vior est, quam Ambrosiana; quia Mediolanen-  
 ses priscis Græcorum vestigiis firmius inheren-  
 runt. V. in Gav. p. 2. tit. 17. verba difficultioris  
 intelligentiæ in Canone explicata. Quæ frusta  
 irrident Hæretici torâ sanctâ antiquitate, & tot  
 cœumenicis Concil. & SS. PP. omnibus græ-  
 cis ac latinis blasphema eorum ora obstruen-  
 tibus,